



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

CVI. Translatio Indulg. Plen. Perp. in Festis SS. Placidi, & Mauri pro
Monasterio S. Zoili de Corrion.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74708)

§. 2. Decernentes easdem præſentes Literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quancumque ſpectabit, inuoluntariè obſervari; ſicque in præmiſſis per quocumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores iudicari, & deſiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienſer, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quatenus opus ſit dicti Ordinis, aliſve quibuſvis etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus, pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem proſus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum habeatur; quæ haberetur iſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſc. die XXXI. Jul. MDCLXXXII. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

CVI.

Transferetur Indulgentia Plenaria perpetua in Feſtis SS. Placidi, & Mauri ad Feſta SS. Zoili, & Felicis in Monasterio S. Zoili de Corriion Palentinæ Diœceſis.

Prædicta Indulgentia in Feſtis SS. Placidi, & Mauri conceſſa fuit a Clemen. X. Conſtitut. ed. 1671. Dec. 19. P. 2.

Dat. 24. Aug. 1682. An. 6.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Abbas, & Monachi Monasterii Sancti Zoili Locii de Carrion Palentinæ Diœceſis Ord. Sancti Benedicti, quod inter alias Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac poenitentiarum relaxationes Chriſtifiſidelibus Eccleſias Ordinis ejuſdem S. Benedicti viſitantibus, a diverſis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris conceſſas, ſel. recor. Clemens Papa X. Prædeceſſor pariter Noſter, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifiſidelibus, vere poenitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refeſtis, qui aliquam ex Eccleſiis quoruncumque Monasteriorum, tam Monachorum, quam Monialium Regulam Sancti Benedicti profitentium, eatenus erectis, & in poſterum quancumque erigendis, ac ubicumque locorum exiſtentibus in Sanctorum Benedicti, & Scholaſticæ, ac Placidi, & Mauri feſtis diebus, necnon die decima tertia Novembris, qua omnium Sanctorum Ordinis prædicti Commemoratio ibidem fieri ſolet a primis Veſperis, uſque ad occaſum Solis dierum hujusmodi ſingulis annis devote viſitaſſent, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione piæ ad Deum preces effuſiſſent, quo die ex prædictis id egiſſent plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in

A Clemen. X. conceſſa fuit præd. Indulgentia in feſtis S. Benedicti, Scholaſticæ, Placidi, & Mauri.

Domino in perpetuum conceſſit, prout in literis Apoſtolicis deſuper in ſimili forma Brevis die decima nona Decembris 1671. expeditis uberius continetur.

§. 1. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat præſata Eccleſia Monasterii S. Zoili de Carrion a Chriſtifiſidelibus illarum partium, diebus feſtis Sanctorum Placidi, & Mauri, minus frequentetur, majorque ad illam confluat Fidelis Populi multitudo in diebus Feſtis Sanctorum Zoili, ac Felicis Martirum quorum Corpora (ut pie creditur) in eadem Eccleſia honorifice collocata ſunt. Nobis propterea d. Exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis oportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ſupplicationibus eorumdem Abbatis, & Monachorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porreſtis inclinati, Indulgentiam plenariam diebus feſtis Sanctorum Placidi, & Mauri conceſſam, ut præfertur, quoad Eccleſiam Monasterii S. Zoili de Carrion dumtaxat in diebus feſtis eorumdem Sanctorum Zoili, & Felicis Martirum; itaut Chriſtifiſideles vere poenitentes, & confeſſi, ac Sacra Communione refeſti, qui de cætero eandem Eccleſiam in diebus feſtis memoratorum Sanctorum Zoili, & Felicis a primis Veſperis, uſque ad occaſum ſolis dierum hujusmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi, ut ſupra oraverint, quo die prædictorum id egerint eandem plenariam Indulgentiam omnium peccatorum ſuorum, & remiſſionem conſequantur, quam conſequerentur ſi in iſis feſtivitibus Sanctorum Placidi, & Mauri Eccleſiam prædictam viſitarent, ſervata tamen cæteroqui ſupradictarum literarum forma, & diſpoſitione, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo transferimus; in contrarium faciētib; non obſtantibus quibuſcumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcator. die XXIV. Aug. MDCLXXXII. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum de electione S. Ignatii de Loyola in Patronum Regionis Cantabriæ.

CVII.

Similem electionem S. Joſephi habes Conſtit. ad 1671. Apr. 19. P. 3.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sac. Ritibus præpoſitorum emanavit ad favorem dilectorum filiorum Communitatum, ac Univerſitatum, & hominum, Civitatum, & Locorum, Regionis illius Cantabriæ, quæ Hiſpanice Vizcaya nuncupatur Decretum tenoris, qui ſequitur: videlicet. Sacra Rituum Congregatio ad relationem Emi, & Rmi Dni Cardinalis Columnæ, cogita cauſa, quod Regio illa Cantabriæ, quæ hiſpanice Vizcaya nuncupatur per omnium Civitatum, & Locorum ſuffragia elegit ſibi Patronum unicum Sanctum Ignatium de Loyola Societatis Jeſu Fundatorem ob præſtantem ejus Sanctitatem, & ſpecialem omnium propenſionem in eum, utpote illius dominatus originarium, & hujusmodi electio facta fuit ſervatis ſervandis juxta Decretum ſuper electione Sanctorum in Patronos ab eadem Sacra Congregatione juſſu ſel. rec. Urb. VIII. ſub die 23. Martii 1630. emanatum, prædictam electionem approbavit, & confirmavit: Et de præſato S. Ignatio, ut præfertur in unicum Patronum principalem ſic electo, prærogativas omnes eiſdem

Preces Abbatis, & Monachorum.

Tranſlatio præſate Indulgentiæ.

Dat. 7. Sept. 1682. An. 6.

Decretum præd. Congregationis.